

3449 Herculi Fundanio¹ | Ti. Claudius Habitus | libens votum solvit.

Romae, postea Parisiis, basis statuae parvae aeneae (VI 511 cf. mus. Rhen. 20, 1863 p. 623 descr. Galland). — 1) *Templum Herculis Fundani memoratur in via Floriani imp. c. 4.*

3450 [C. Ae]milius C. l. Eleuther Herculi Gallico v. s. m.¹ (*sic*).

Piedimonte prope Allifas in finibus Somnii et Campaniae (IX 2522 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Votum solvit merito.*

3451 Herculi | ponderum | Q. Aemilius | Vibianus | b[f.]¹ trib. coh. III . . . | o. v.

Romae (VI 556 ter descripta saec. XVII). — 1) *Beneficiarius (traditur b, probabile est b et f fuisse contignatas).*

3452 Hérculi Saxáno sacram | Ser. Sulpicius Trophimus | aedem zothecam culinam | pecuniá suá á soló restituit | idemque dedicávit k. Decembr. | L. Turpilio Dextro M. Máecio Rufo cos.¹ | Eutychus ser. per agendum curavit.

Tibure (XIV 5545 saepe descripta a saec. XV ad XVIII). — 1) *Consules suffecti videntur fuisse temporibus Flaviorum (nam alter eorum videtur esse M. Mae- cius Rufus quem nummi proconsulem Bithyniae fuisse a. 79 perhibent), certe non postea, cum postea homines privati suffectos consules in annis indicandis neglegerent.*

3453 Herculi Saksano et | imp. Vispasiano (*sic*) | Aug. et Tito imp. et | Domitiano Caesari | M. Vibius Martialis | γ leg. X Gem. et commilitones vexilli leg. eiusd. | qui sunt sub cura eius | v. s. l. m.

3454 I. o. m. et Herculi Saxa. | sacram | P. Talpidius | Clemens γ leg. VIII Aug. | cum mil. leg. eius | v. s. l. l. m. (*In latere dextro clava*).

Ad Norroy-sous-Prény (prope Pont-à-Mousson), ad Mosellam, rep. in lapicidinis, arae duae, haec nunc in museo Sangermanensi, illa Bruxellis (delineavit Robert Mélanges Graux p. 552, 554). In iisdem lapicidinis extabat rupi incisus titulus ap. Robert l. c. p. 550, quem alio loco dabimus.

3455 Herculi | Saksano | C. Mettius | Seneca γ | leg. XV¹ et | vexillari | leg. eiusdem | v. s. l. m.

Schweppenburg (prope Brohl) rep. in lapicidinis (Freudenberg ann. Rhen. 50/51, 1871 p. 192). Eodem loco etiam aliis titulus Herculi Saxano dedicatus a militibus proditi (Brambach 672). — 1) Centurio legionis quintae decimae. Significatur legio XV Primigenia. Titulus igitur est antiquior anno p. Chr. 70 (cf. supra N. 2275).

3456 Herculi Saksano | sacrum Iulius Vi|ctor γ pro se et co|militones si|ngulares pedite[s]¹ Acili Straboni[s]² | leg. Aug. v. s. l. m.

Brohl rep. in lapicidinis, iam Bonnae (Brambach 665, explevit Zangemeister Westd. Zeitschr. 1892 p. 282). — 1) De peditibus singularibus praesidis cf. supra N. 2446 not. 1. — 2) Acilium Strabonem eundem putat Zangemeister quem memorat Tac. a. 14, 38. — Eodem loco multi alii tituli Herculi Saxano vel Iovi et Herculi Saxano a militibus positi prodierunt (Brambach 651 seq.; Klein Ann. Rhen. 81, 1886 p. 112, 113), quorum nonnullos alio loco dabimus.